

32. Apprenez l'usage que vous devez faire de tous ces signes par une comparaison prise du figuier : quand ses branches sont déjà tendres, et qu'il commence à pousser ses feuilles, vous savez que l'été est proche :

33. Ainsi lorsque vous verrez toutes ces choses, sachez que le Fils de l'homme est près, et qu'il est à la porte.

34. Je vous dis en vérité que cette génération ne passera point que toutes ces choses ne soient accomplies.

35. Le ciel et la terre passeront, mais mes paroles ne passeront point.

36. Mais pour ce qui regarde le jour et l'heure où toutes ces choses arriveront ; qui que ce soit, excepté mon Père, n'en a connaissance, non pas même les anges du ciel.

37. Et ainsi il arrivera à l'avènement du Fils de l'homme ce qui arriva au temps de Noé.

38. Car comme un peu avant le déluge les hommes mangeaient et buvaient, se mariaient et mariaient leurs enfants, jusqu'au jour où Noé entra dans l'arche.

39. Et qu'ils ne pensèrent au déluge que lors-

en sorte qu'il n'y aura jamais eu de désastre pareil au sien. C'est que ce peuple péra par l'Épée, sera traîné en captivité par toutes les nations, et Jérusalem foulée aux pieds par les Gentils. C'est que la ville et le temple seront détruits et qu'il n'y restera pas pierre sur pierre. C'est que cette génération, celle où on était, ne passera point, que ces choses ne soient accomplies, et que ceux qui vivent les verront. — 2^o Ce qui sera particulier au dernier jour de l'univers, c'est que le soleil sera obscurci, la lune sans lumière, les étoiles sans consistance, tout l'univers dérangé ; que le signe du Fils de l'homme paraîtra ; qu'il viendra en sa majesté ; que les anges rassembleront ses élus des quatre coins de la terre ; que le jour et l'heure en sont inconnus ; et que tout le monde y sera surpris. — 3^o Ce qui sera commun à l'un et à l'autre jour, sera l'esprit de séduction, et les faux prophètes, la persécution du peuple de Dieu ; les guerres par tout l'univers, et une commotion universelle dans les empires, avec une attente terrible de ce qui devra arriver.

34. *Non præteribit generatio hæc.* La génération présente devait être témoin de l'accomplissement de la prophétie, en ce qui regardait le temple et Jérusalem. En effet, 37 ans après, tout ce que Jésus-Christ avait prédit était réalisé par les armées romaines.

36. *De die autem illa et hora nemo scit.* Jésus veut dire qu'il ne le sait pas, comme notre docteur, comme interprète de la volonté de son Père, parce qu'il n'est pas entré dans sa mission de nous le découvrir. *Ego ex me ipso non sum locutus*, dit-il ailleurs, *sed qui misit me Pater* (Joan., XII, 49).

magna erit. Favetque quod in aliquibus græcis codicibus habetur, μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, cum tuba vocis magna. Si tubam proprie accipias, dices præter sonum tubæ audiendam etiam vocem qua mortui iudicio se sistere jubeantur. Favet huic in interpretatione quod in græcis codicibus habemus, μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, cum tuba et voce magna, ut est in Vulgata latina editione. — *Electos.* Et etiam non electos : sed de electis tantum mentionem facit honoris causa, tacite præteriens reprobos. — *A quatuor ventis.* A quatuor orbis partibus, a quibus quatuor præcipui venti flant, scilicet septentrione, austro, oriente, occidente. — *A summis cælorum.* Ab una cæli extremitate usque ad alteram, ubi cælum videtur terminari.

32. *Ab arbore autem fici discite parabolam.* Accipite, audite similitudinem quam vobis ex arbore fici propositurus sum.

33. *In januis.* Præ foribus, prope, ante pedes.

34. *Generatio hæc.* Non desinet esse in mundo humanum genus, donec omnia quæ dixi flant. Omnino et certissime flent antequam hominum genus aboleatur e terra.

35. *Cælum et terra transibunt.* Potius vel prius peribunt, quam verba et prædicationes meæ in irritum cadant.

36. *Nisi solus Pater.* Non dubium quin etiam Filius hominis excludatur, cum dicatur Marc., 13, 32 : *Neque Filius, nisi Pater.* Hoc autem sic intellige : verum quidem est Christum hominem scire diem iudicii humano suo intellectu, cum in ipsa humana Christi natura, ut ait D. Paul. ad Coloss., 2, 3, *sunt omnes thesauri sapientia et scientia absconditi*, sed non novit secundum humanam naturam, qua homo est, sed qua homo Deus est ; nam si homo tantum fuisset, quantumvis perfectus, quantumvis Deo gratus, non scivisset illum diem, quemadmodum nec angeli sciunt. Non negat ergo Christus se etiam hominem diem iudicii scire ; sed negat se scire eo titulo, quod homo sit.

38. *Comedentes.* Terrenis rebus intenti, et nihil minus quam diluvium expectantes. — *Nubentes.* Γαμούντες, matrimonia contrahentes.

39. *Tulit omnes.* Omnes delevit.

32. *Ab arbore autem fici discite parabolam :* cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est æstas ;

33. *Ita et vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis.*

34. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.*

35. *a Cælum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* [a Marc. 13. 31.]

36. *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus pater.*

37. *a Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis* [a Gen. 7. 7. Luc. 17. 26.]

38. *Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nupti tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam.*

39. *Et non cognoverunt donec venit*

diluvium, et tulit omnes ; ita erit et adventus Filii hominis.

40. *Tunc duo erunt in agro ; unus assumetur, et unus relinquetur ;*

41. *Duæ molentes in mola ; una assumetur, et una relinquetur.*

42. *a Vigilate ergo, quia nesciti quæ hora Dominus vester venturus sit.* [a Marc. 13. 33.]

43. *Illud autem scitote, a quoniam si sciret paterfamilias quæ hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam.* [a Luc. 12. 39.]

44. *Ideo et vos estote parati ; quia quæ nescitis hora Filii hominis venturus est.*

45. *Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore ?*

46. *a Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem.* [a Apoc. 16. 15.]

47. *Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.*

48. *Si autem dixerit malus servus ille in corde suo : Moram facit dominus meus venire ;*

49. *Et cooperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis :*

50. *Veniet dominus servi illius in die, quæ non sperat, et hora quæ ignorat ;*

51. *Et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis. a Illic erit fletus, et stridor dentium.* [a Sup. 13. 42. Infr. 20. 35.]

qu'il survint, et les fit tous périr ; il en sera de même à l'avènement du Fils de l'homme.

40. *Car* alors de deux hommes qui seront dans un champ, l'un sera pris et l'autre sera laissé.

41. De deux femmes qui moudront dans un moulin, l'une sera prise et l'autre sera laissée.

42. Veillez donc, parce que vous ne savez pas à quelle heure votre Seigneur doit venir.

43. Car sachez que si le père de famille savait à quelle heure de la nuit le voleur doit venir, il veillerait sans doute, et ne laisserait pas percer sa maison.

44. Tenez-vous donc aussi toujours prêts, parce que le Fils de l'homme viendra à l'heure que vous ne pensez pas.

45. Quel est, à votre avis, le serviteur fidèle et prudent que son maître a établi sur ses domestiques pour leur distribuer dans le temps la nourriture dont ils ont besoin ?

46. Heureux ce serviteur, si son maître à son arrivée le trouve agissant de la sorte !

47. Je vous dis en vérité qu'il l'établira sur tous ses biens.

48. Mais si ce serviteur est méchant, et que disant en son cœur : Mon maître n'est pas près de venir ;

49. Il se mette à battre les autres serviteurs, à manger et à boire avec des ivrognes :

50. Le maître de ce serviteur viendra au jour qu'il ne s'y attend pas, et à l'heure qu'il ne sait pas :

51. Il le séparera et lui donnera pour partage d'être avec les hypocrites : c'est là qu'il y aura des pleurs et des grincements de dents.

CHAPITRE XXV.

Parabole des dix vierges. Parabole des talents. Dernier jugement. Œuvres de miséricordes faites ou refusées à Jésus-Christ dans la personne de ses membres.

1. *Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ.*

1. Alors le royaume des cieux sera semblable à dix vierges qui, ayant pris leurs lampes, s'en allèrent au devant de l'époux et de l'épouse.

CAP. XXV. — 1. *Tunc simile erit regnum colorum.* Après avoir parlé de son double avé-

40. *Unus assumetur, et unus relinquetur.* Unus eligetur et salvus erit, alter reprobabitur et peribit.

41. *Molentes.* Significatur etiam in vilissimo hominum genere Christum suos habere. Orientalium ancillæ molebant frumentum, molam trusatillem versantes.

44. *Quæ nescitis hora.* H *ὅρα* *ὃ* *δοξετε, quæ hora non putatis.* — *Filius hominis venturus est.* Ad iudicium, et ad repetendam a vobis totius vitæ rationem.

45. *Quis, putas, est fidelis servus ?* Imitandum proponit servum fidelem et prudentem, qui aliis servis prepositus, bene se gerendo meretur ut ab hero ad amplius munus promoveatur, et supra omnia illius bona constituatur. — *Quis, putas ?* In græco est, *τις ἀπὸ, quisnam, quis igitur ?* — *Ut det illis cibum.* Alludit ad veterem famulorum morem ; qui enim fidelissimus erat, præficebatur, et singulis suo tempore cibi vel tritici demensum dabat, quo se alerent.

48. *Si autem dixerit malus servus ille.* Si servus ille malus fuerit, et dixerit.

50. *Sperat.* Expectat.

51. *Dividet eum.* Ejiciet e familia sua ; separabit e famulorum suorum numero. — *Partemque ejus.* Partem vocat, Hebræorum more, miseram ejus conditionem ; sic Psal. 10, 7 dicitur : *Ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, pars calcis eorum.* — *Cum hypocritis.* Hypocritas vocat servos pigros et negligentes, qui non solent, nisi domino presente, laborare, ad oculum servientes, ut loquitur D. Paulus ad Ephes., 6, 6.

CAP. XXV. — 1. *Tunc.* Cum scilicet Dominus venerit ; pendet enim sententia ex superiore

2. Il y en avait cinq d'entre elles qui étaient folles, et cinq qui étaient sages.
3. Mais les cinq folles ayant pris leurs lampes, ne prirent point d'huile avec elles.
4. Les sages, au contraire, prirent de l'huile dans leurs vases avec leurs lampes.
5. Et comme l'époux tardait à venir, elles s'assoupirent toutes, et s'endormirent.
6. Mais sur le minuit on entendit un grand cri : Voici l'époux qui vient; allez au devant de lui.
7. Aussitôt toutes ces vierges se levèrent, et préparèrent leurs lampes.
8. Mais les folles dirent aux sages : Donnez-nous de votre huile, parce que nos lampes s'éteignent.
9. Les sages leur répondirent : De peur que ce que nous en avons ne suffise pas pour vous et pour nous, allez plutôt à ceux qui en vendent, et achetez-en ce qu'il vous en faut.

nement, de la formation de l'Eglise et du jugement, Jésus nous montre par deux paraboles quels sont les devoirs du chrétien. Par la parabole des dix vierges, il nous enseigne que nous devons être des serviteurs attentifs et vigilants, que le temps passe sans que nous nous en doutions; mais que nous devons être toujours prêts à paraître devant Dieu. Par la parabole des talents, il nous rappelle que nous aurons à rendre compte de notre vie, et que nous recevons chacun selon nos œuvres. — *Decem virginibus.* D'après les usages des Juifs, c'était le soir, à la lueur des lampes ou des flambeaux, que l'époux se rendait à la maison de l'épouse, pour la prendre là et la conduire chez lui. L'époux était accompagné de jeunes gens qu'on appelait les fils de l'Époux (*fili sponſi*), et l'épouse avait à sa suite un cortège de jeunes filles. Ce sont les dix vierges dont parle l'Évangile.

capite. — *Decem virginibus.* Multis. Denario numero parabola proponitur, ut omnium hominum multitudo atque universitas significaretur, quæ per hanc numerum exprimi solet, ut Gen., c. 31. n. 7 et 41: *Mutavit mercedem meam decem vicibus.* Parabola, ut patet ex conclusione, quæ habetur n. 13, eo spectat, ut intelligamus debere nos semper vigilare, paratos esse, et bonorum copiam in adventum Christi præparare, quia nescimus qua hora Dominus venturus sit. — *Virginibus.* Virgines dixit, morem respiciens ævi illius; consuetudo enim erat ut sponsus vespere adiret domum sponsæ, indeque sponsam in ædes suas deduceret, ad nuptias celebrandas præparatas. Pueri autem et virgines honoris causa obviam ibant cum facibus. Vide Alexand. ab Alex., lib. 5, genial. dierum et ibi Tiraquellum. Vide etiam Salmer., tom. 7, tract. 38. Jam diximus per decem virgines fidelium omnium multitudinem significari. — *Lampades suas.* Lampas fidem significat. Omnes enim fidem acceperunt, qua Christo excipiendo exierunt obviam; sed non omnes cum illo ad nuptias ingressæ sunt, quia non omnes bonis operibus erant instructæ. — *Sponso et sponsæ.* Dum sponsus in domum suam sponsam deduceret. Sponsa et Ecclesia, quam triumphantem Christus deducet in cælum.

2. *Quinque... erant fatuæ.* Fatuæ virgines significant eos qui, cum fidem habeant, carent tamen operibus bonis; sapientes vero, eos qui utrumque coniungunt, fidem scilicet et operam.
3. *Oleum.* Bonorum operum: nam sine hoc oleo fides non lucet, sed languet.
4. *In vasis suis.* Per vasa intelligitur anima vel conscientia, quæ bonorum operum sedes et receptaculum est.
5. *Moram autem faciente sponso.* Mora sponsi moram significat iudicis venturi. — *Dormitaverunt omnes et dormierunt.* Dormire mori est, inquit Gregor., homil. 12; ante somnum vere dormire, est ante mortem a salute languescere, quia per pondus aegritudinis pervenitur ad somnum mortis, etc. Appellavit autem Dominus mortem hominum somnum, quia omnes veluti a somno, ita a morte in extremo iudicio excitabuntur.
6. *Media autem nocte clamor factus est.* Cum scilicet minus expectabantur; nam qua hora non putatis Filium hominis venire. Porro clamor ille est, qui capite præcedenti, n. 31, per tubam et vocem magnam significatus est.
7. *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ.* Vel significatur corporum resurrectio; vel auditu rumore adventum Christi, omnes homines, qui prius quasi somno oppressi de illo non cogitabant, excitandos, sicut D. Paulus, dicit ad Roman., 13, 11: *Hora est jam nos de somno surgere; nunc enim proprius est nostra salus, quam cum credidimus.* — *Ornaverunt lampades suas.* Ornare lampades suas, est opera quæ quis facit ad reddendam in iudicio eorum rationem, in memoriam revocare et recognoscere.
8. *Date nobis de oleo vestro.* Significatur fore ut homines, qui bona opera non habuerint, nimis sero, cum iudicabuntur, sanctorum auxilium implorent.
9. *Responderunt prudentes.* Quod prudentes virgines negant se oleum dare posse, significat aliena opera et merita impiis tunc non profutura. Non enim poterit tunc rogatus D. Petrus, aut alius quispiam ex sanctis, merita sua et opera dare impio, ut salutem æternam consequatur. — *Ne forte non sufficiat nobis et vobis.* Non significatur justos dubitatos in iudicio num ad salutem sufficiant sibi opera quæ habebunt; erunt enim beati, et clarissime scient sufficere sibi opera et charitatem; sed est parabola parergon; tribuitur enim hæc responsio virginibus, ut narrationis decorum et probabilitas servetur; ut etiam quod proxime dicitur: *Ite potius ad vendentes, etc.*; et quod sequitur, *dum autem irent emere*; nulla enim erit facultas iudicii tempore abeundi ad operum bonorum oleum comparandum, sed significatur inutilitatem esse seram in iudicio penitentiam.

10. Dum autem irent emere, venit sponsus; et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias; et clausa est janua.
11. Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis.
12. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.
13. *a Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.* [Marc. 13. 33.]
14. *a Sicut enim homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua; [a Luc. 19. 12.]*
15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim.
16. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque.
17. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo.
18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui.
19. Post multum vero temporis; venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis.
20. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta
10. Mais pendant qu'elles allaient en acheter, l'époux arriva; et celles qui étaient prêtes entrèrent avec lui aux noces, et la porte fut fermée.
11. Enfin les autres vierges vinrent aussi, et lui dirent: Seigneur, Seigneur, ouvrez-nous.
12. Mais il leur répondit: Je vous le dis en vérité, je ne vous connais point.
13. Veillez donc, parce que vous ne savez ni le jour ni l'heure.
14. Car il agit comme un homme qui, devant faire un long voyage hors de son pays, appela ses serviteurs, et leur mit son bien entre les mains.
15. Et ayant donné cinq talents à un, deux à un autre, et un à un autre, selon la capacité différente de chacun d'eux, il partit aussitôt.
16. Celui donc qui avait reçu cinq talents s'en alla, il trafiqua avec cet argent, et il en gagna cinq autres.
17. Celui qui en avait reçu deux, en gagna de même encore deux autres.
18. Mais celui qui n'en avait reçu qu'un alla faire un trou dans la terre, et y cacha l'argent de son maître.
19. Longtemps après, le maître de ces serviteurs étant revenu, leur fit rendre compte.
20. Celui qui avait reçu cinq talents s'étant approché, lui en présenta cinq autres, et lui dit:

13. *Nescitis diem, neque horam.* Vous ne savez ni le jour, ni l'heure, où le Fils de l'homme viendra vous demander compte de ses grâces et des talents qu'il vous a confiés. C'est par cette transition que le P. de Carrières montre le rapport qu'il y a entre cette parabole et la précédente.

15. *Et uni dedit quinque talenta.* Le talent était une monnaie grecque. Il valait 60 mines, ou 6,000 drachmes, c'est-à-dire 5,560 francs 30 centimes de notre monnaie.

10. *Ad nuptias.* Beatitudinis æternæ. — *Clausæ est janua.* Quia nulli aperiatur cœli porta, postquam beati post iudicium in cœlum fuerint ingressi.
11. *Novissime vero veniunt et reliquæ virgines.* Etiam hoc est parergon ad explendam et ornandam parabolam. Simul tamen significatur post iudicium quo quilibet damnatus est, non esse precibus locum ut admittatur ad gloriam.
12. *Nescio vos.* Est vulgaris ille dicendi modus, quo eos dimittimus quibuscum nihil commune habere volumus; his enim dicimus: *Non te novi.* Italice: *Non ti conosco,* licet nobis egregie cogniti sint. Dicitur etiam Dominus nescire impios scientia benevolentia et approbationis, quia eos non approbat, juxta illud Pauli II. Tim., 2, 19: *Cognovit Dominus qui sunt ejus.*
13. *Vigilate itaque.* Ne vobis contingat cum fatuis virginibus imparatis ex cœlestibus nuptiis excludi.
14. *Sicut enim homo.* Imperfecta est et pendens oratio; itaque subintelligendum est, *sic est regnum cœlorum, vel sic facit Deus, vel simile quiddam.* Particula enim ostendit quorsum tendat parabola, nimirum ad vigilantiam nobis commendandam, et præparationem ad extremum iudicium, ut ea, quæ præcessit, decem virginum. — *Homo peregre proficiscens.* Significatur Christus, qui dicitur peregre profectus, quia ex hominum oculis discessit in cœlum, sedetque ad dexteram Patris, multo post tempore ad iudicium, hoc est, in mundi fine rediturus. — *Vocavit servos suos.* Per servos omnes homines, saltem christiani intelliguntur; omnibus enim talentum aliquod, id est, gratiam aliquam dedit, qua negotiarentur, id est adjuncta sua intelligentia, et ejusdem gratiæ incrementum, et vitam æternam mererentur.
15. *Uni dedit quinque talenta.* Non enim tradit Deus omnibus dona æqualia, sed aliis majora, aliis minorâ, aliis plura, aliis pauciora. — *Unicuique secundum propriam virtutem.* Non significatur supernaturalia dona dari secundum facultates et vires naturales; sed hoc etiam est parabola parergon; quia enim homines, si pecuniam suam servis ad lucrandum distribuunt, eam tradunt spectata singulorum industria et prudentia; ideo dominus hoc parabolæ addidit, quamvis in distributione donorum et talentorum Dei id non fiat.
16. *Lucratus est alia quinque.* Accepit talentis alia superlucrari, est accepta gratia bene utendo, ejus accessionem mereri, vel plura bona facere.
17. *Abiens fodit in terram.* Significatur negotiandi negligentia eorum qui, ut ait D. Paulus, II. Corinth., 6, 1, in vacuum gratiam Dei recipiunt, et eorum qui nimio quodam metu vota aut consilia violandi, dicunt se præceptorum observatione esse contentos.
19. *Post multum vero temporis.* Nimirum in secundo adventu, cum aderit Christus mundum iudicaturus. Quod etiam ita esse intelligendum patet ex eo quod sequitur: *Posuit rationem cum eis.*

Seigneur, vous m'avez donné cinq talents, en voilà cinq autres que j'ai gagnés par-dessus.

21. Son maître lui répondit : Cela est bien, ô bon et fidèle serviteur : parce que vous avez été fidèle dans les petites choses, je vous établirai sur de beaucoup plus grandes : entrez dans la joie de votre seigneur.

22. Celui qui avait reçu deux talents vint aussi se présenter à lui, et lui dit : Seigneur, vous m'avez donné deux talents, en voici deux autres que j'ai gagnés.

23. Son maître lui répondit : Cela est bien, ô bon et fidèle serviteur : parce que vous avez été fidèle dans de petites choses, je vous établirai sur de beaucoup plus grandes : entrez dans la joie de votre seigneur.

24. Celui qui n'avait reçu qu'un talent s'approchant ensuite, dit : Seigneur, je sais que vous êtes un homme dur, que vous moissonnez où vous n'avez point semé, et que vous recueillez où vous n'avez rien mis :

25. C'est pourquoi, comme je vous appréhendais, j'ai été cacher votre talent dans la terre : le voici, je vous rends ce qui vous appartient.

26. Mais son maître lui répondit : Serviteur méchant et paresseux, vous saviez que je moissonne où je n'ai point semé, et que je recueille où je n'ai rien mis ;

27. Vous deviez donc mettre mon argent entre les mains des banquiers, et à mon retour, j'eusse retiré avec intérêt ce qui est à moi.

28. Qu'on lui ôte donc le talent qu'il a, et qu'on le donne à celui qui a dix talents.

29. Car on donnera à celui qui a déjà, et il sera dans l'abondance : mais pour celui qui n'a rien, on lui ôtera même ce qu'il semble avoir.

30. Quant à ce serviteur inutile, qu'on le jette dans les ténèbres extérieures : c'est là qu'il y aura des pleurs et des grincements de dents.

22. *Accessit autem et qui duo talenta.* Cette parabole nous montre que Dieu répartit diversément ses grâces comme ses dons naturels. Il sera demandé à chacun en proportion de ce qu'il aura reçu. Celui qui a reçu deux talents et qui les a doublés, est traité comme celui qui en a reçu cinq et qui les a doublés aussi ; il n'y a de condamné que le serviteur inutile, qui n'a point travaillé et qui rapporte le talent qu'on lui a donné, tel qu'il l'a reçu.

21. *Euge. Eû, bene, seu recte.* — *Super multa te constituam.* Hac re docet Christus majora se bonis servis, quam merita sint ipsorum, præmia daturum : *Non enim sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Rom., 8, 18.

24. *Durus.* Tractatu difficilis, avarus. — *Metis ubi non seminasti.* Ut avari faciunt et raptores, qui in aliena bona involant. — *Congregas ubi non sparsisti.* Est repetitio ejusdem sententiae.

26. *Serve male, et piger.* Non ita accipiendum est, quasi quod malus servus dixerat, agnoscat et verum fateatur ; sed de ore suo voluit coarguere et judicare servum nequam.

27. *Committite pecuniam meam numulariis.* Significatur tantum, gratiam, quam acceperimus, omni studio, arte et diligentia multiplicandam. Reliqua parerga sunt parabolæ, ideoque non est anxie quærendum qui sint numularii quibus pecunia committitur, etc. — *Recepissem utique quod meum est cum usura.* Per usuram, gratie et justitiae incrementum intellige, quod accepta gratia bene et gnæviter utentibus semper accidit.

28. *Tollite itaque ab eo talentum.* Qui enim gratia non bene utuntur, sed peccant, gratiam sanctificantem amittunt. — *Date ei qui habet decem talenta.* Est parabolæ parergon ; neque enim gratia, quæ ab uno auferitur, alteri datur. Itaque ita loquitur ad explendam parabolam, quia ita aliquando fit inter homines, ut quod uni ignavo et infideli servo tollitur, gnavo et industrii, qui bene acceptis utitur, tribuatur.

29. *Qui non habet.* Lucrum ; qui nullum ex credita pecunia lucrum reportavit. — *Quod videtur habere.* Qui pecuniam Domini defoderat, non tam habebat, quam videbatur habere, cum ad nullum usum illam adhiberet, nec lucrum ex illa faceret.

30. *Inutilem servum.* Sunt enim peccata omissionis, quibus æternæ damnationis, poena debetur. — *In tenebras exteriores.* Vide dicta c. 8, n. 12.

dicens : Domine quinque talenta tradidisti mihi ; ecce alia quinque superlucratum sum.

21. Ait illi dominus ejus : Euge, serve bone et fidelis ; quia super pauca fuisti fidelis ; super multa te constituam : intra in gaudium domini tui.

22. Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait : Domine, duo talenta tradidisti mihi ; ecce alia duo lucratus sum.

23. Ait illi dominus ejus : Euge, serve bone et fidelis ; quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam ; intra in gaudium domini tui.

24. Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait : Domine scio quia homo durus es ; metis ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsisti ;

25. Et timens abii, et abscondi talentum tuum in terra ; ecce habes quod tuum est.

26. Respondens autem dominus ejus, dixit ei : Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi ;

27. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis ; et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura.

28. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta.

29. *a* Omni enim habenti dabitur, et abundabit ; ei autem qui non habet, et quod videtur habere, auferetur ab eo. [a *Sup.* 13. 12. *Marc.* 4. 25. *Luc.* 8. 18 et 19. 26.]

30. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores ; illic erit fletus, et stridor dentium.

31. Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis sue.

32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes ; et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis ;

33. Et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris.

34. Tunc dicet rex his qui a dextris ejus erunt : Venite, benedicti Patris mei ; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

35. *a* Esurivi enim et dedistis mihi manducare ; sitivi ; et dedistis mihi bibere ; hospes eram, et collegistis me ; [a *Isai.* 58. 7. *Ezech.* 18. 7. 16.]

36. Nudus, et cooperuistis me ; a infirmus, et visitastis me ; in carcere eram, et venistis ad me. [a *Eccli.* 7. 39.]

37. Tunc respondebunt ei justi, dicentes : Domine, quando te vidimus esurientem, et pavimus te ; sitientem, et dedimus tibi potum ?

38. Quando autem te vidimus hospitem, et collegimus te ; aut nudum, et cooperuimus te ?

39. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, et venimus ad te ?

40. Et respondens rex, dicet illis : Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet et his qui a sinistris erunt : a Descendite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus. [a *Psal.* 6. 9. *Sup.* 7. 23. *Luc.* 13, 27.]

42. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare : sitivi, et non dedistis mihi potum :

43. Hospes eram, et non collegistis me : nudus, et non cooperuistis me : infirmus, et in carcere, et non visitastis me.

31. Or, quand le Fils de l'homme viendra dans sa majesté ; accompagné de tous ses anges, il s'assiéra sur le trône de sa gloire ;

32. Et toutes les nations étant assemblées devant lui, il séparera les uns d'avec les autres, comme un berger sépare les brebis d'avec les boucs.

33. Et il mettra les brebis à sa droite et les boucs à sa gauche.

34. Alors le Roi dira à ceux qui seront à sa droite : Venez, vous qui êtes bénis de mon père : possédez le royaume qui vous a été préparé dès le commencement du monde.

35. Car j'ai eu faim, et vous m'avez donné à manger ; j'ai eu soif, et vous m'avez donné à boire ; j'ai eu besoin de logement, et vous m'avez logé.

36. J'ai été nu, et vous m'avez revêtu ; j'ai été malade, et vous m'avez visité ; j'ai été en prison, et vous êtes venu me voir.

37. Alors les justes lui répondront : Seigneur, quand est-ce que nous vous avons vu avoir faim, et que nous vous avons donné à manger ; ou avoir soif, et que nous vous avons donné à boire ?

38. Quand est-ce que nous vous avons vu sans logement, et que nous vous avons logé ; ou sans habits, et que nous vous avons revêtu ?

39. Et quand est-ce que nous vous avons vu malade ou en prison, et que nous vous sommes venus visiter ?

40. Et le roi leur répondra : Je vous le dis en vérité, autant de fois que vous l'avez fait à un des moindres de mes frères que voici, c'est à moi-même que vous l'avez fait.

41. Il dira ensuite à ceux qui seront à sa gauche : Retirez-vous de moi, maudits ; et allez au feu éternel qui a été préparé pour le diable et pour ses anges.

42. Car j'ai eu faim, et vous ne m'avez pas donné à manger ; j'ai eu soif, et vous ne m'avez pas donné à boire ;

43. J'ai eu besoin de logement, et vous ne m'avez point logé ; j'ai été sans habits, et vous ne m'avez point revêtu ; j'ai été malade ou en prison, et vous ne m'avez point visité.

31. *Cum autem venerit Filius hominis.* Après avoir préparé les fidèles au jugement dernier par ces deux paraboles, Jésus nous fait voir, dans la dernière partie de ce chapitre, ce que sera ce jugement.

31. *Cum autem venerit Filius hominis.* Videtur hæc esse explicatio ejus quod dixerat n. 19, de domino rationes ponente cum servis suis. — *Filius hominis.* Christus judex. *In majestate.* Id est, gloria, ut est in greco. — *Super sedem majestatis sue.* De qua Apocal., 20, 11 : *Vidi thronum magnum candidum, et sedentem super eum, etc.*

32. *Congregabuntur.* Ministerio angelorum.

33. *Oves.* Bonos intelligit, sicut per hædos, malos. — *A dextris.* Ad dexteram.

34. *Rex.* Christus. — *Venite.* Vocat eos ad se, quia vult eos regni sui participes esse. — *Benedicti Patris mei.* Dilecti a Patre meo, et ab illo vita æterna donandi. — *Possidete.* Κληρονομαστε, hæreditatem regni capite. — *Paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Locus quidem ab initio mundi paratus, et beatitudo ab æterno prædestinata.

37. *Quando te vidimus esurientem ?* Intelligunt quidem sancti Christum non de se loqui, sed de pauperibus, sed ita loquentur, stupentes de tanta sublimitate, vel quia eis parum videbitur quod fecerunt, ut ait Raban., vel humilitatis causa, laude benefactorum suorum se indignos proclamantes, ut interpretatur Origenes.

40. *Quandiu.* Græco, ἐφ' ὅσον, quatenus, seu in quantum ; id est, quod illis fecistis mihi fecistis ; ita etiam infra, n. 45. — *Uni ex his fratribus meis.* Apostolis, discipulis, fidelibus. — *Minimis.* Etiam inter eos infimis. Syrus habet, parvulis, scilicet humilibus, seu abjectis.

41. *Descendite.* Procul abite, nihil mihi erit vobiscum commune. Significatur poena damni. — *In ignem æternum.* Poena sensus.

44. Alors ils lui répondront aussi : Seigneur, quand est-ce que nous vous avons vu avoir faim, ou soif, ou être sans logement ou sans habits, ou malade ou en prison, et que nous avons manqué à vous assister ?

45. Mais il leur répondra : Je vous le dis en vérité, autant de fois que vous avez manqué de le faire à un de ces plus petits, vous avez manqué de le faire à moi-même.

46. Et ceux-ci iront dans le supplice éternel, et les justes dans la vie éternelle.

44. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes : Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitalem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi ?

45. Tunc respondebit illis, dicens : Amen dico vobis : Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.

46. a Et ibunt hi in supplicium æternum ; justi autem in vitam æternam. [a Joan. 5. 29. Dan. 12. 2.]

CHAPITRE XXVI.

Conspiration des Juifs. Parfums répandus sur la tête de Jésus-Christ. Trahison de Judas. Dernière cène. Institution de l'Eucharistie. Renoncement de saint Pierre prédit. Prière de Jésus dans le jardin. Il est pris, conduit chez Caïphe, accusé, condamné, outragé. Renoncement et pénitence de saint Pierre.

1. Jésus ayant achevé tous ces discours, dit à ses disciples :

2. Vous savez que la Pâque se fera dans deux jours, et le Fils de l'homme sera livré pour être crucifié.

3. En ce même temps les princes des prêtres, et les anciens du peuple s'assemblèrent dans la salle du grand-prêtre appelé Caïphe ;

4. Et tinrent conseil ensemble pour trouver moyen de se saisir adroitement de Jésus et de le faire mourir ;

5. Et ils disaient : Il ne faut pas que ce soit pendant la fête, de peur qu'il ne s'excite quelque tumulte parmi le peuple.

46. *Et ibunt hi in supplicium æternum.* C'est par là que Jésus finit sa prédication. C'est ce qu'il nous laisse à méditer. Après avoir ouvert devant nous l'éternité où sa justice nous attend, il ne songe plus qu'aux préparatifs de sa mort ; à la Pâque ancienne, à la nouvelle, aux dernières instructions qu'il voulait laisser à ses Apôtres, à la cène, et après la cène, à la dernière prière par laquelle il commença son sacrifice, et finalement à sa mort.

CAP. XXVI. — 4. *Et consilium fecerunt.* Cette assemblée se tint le 4^e jour de la semaine, c'est-à-dire le mercredi, et c'est en souvenir de ce fait qu'on jeûnait autrefois dans l'Eglise ce jour-là, comme on jeûnait le vendredi en mémoire de la mort de Notre Seigneur Jésus-Christ.

45. *Minoribus.* Græce, *minimis*, ἑλαχίστοις.

46. *Et ibunt.* Pro itaque ibunt.

CAP. XXVI. — 1. *Cum consummasset Jesus sermones hos omnes.* Quasi dicat : Cum omnem doctrinam, quam toto Evangelio comprehendit, absolvisset, et munus doctoris implesset, aggressus est redemptoris officium. Vel certe intelligit tantum sermones et doctrinam traditam c. 21, et sequentibus.

2. *Post biduum pascha fiet.* Dicta sunt hæc a Christo feria tertia, id est, die martis, vel feria quarta ; post biduum enim, id est, post duos dies factum est pascha, et agnus immolatus est feria quinta : itaque si dicamus hæc Christum dixisse feria quarta, eadem feria quarta in sequenti biduo computabitur, ita ut sequens biduum sint duo dies, mercurii scilicet et jovis. — *Filius hominis tradetur.* Ego tradar ad crucifigendum. — *Ut crucifigatur.* Nam in eum finem Pilato a Judæis traditus est, clamantibus : *Crucifige, crucifige eum.*

3. *Tunc.* Eo die quo Christus discipulis suis hæc locutus est. — *Principes sacerdotum.* Capita familiarum sacerdotalium, cum sommo sacerdote qui simpliciter princeps sacerdotum vocabatur. — *Seniores populi.* Hi sacerdotes non erant, sed laici ; Lucas vocat *magistratus.* — *In atrium principis sacerdotum.* Εἰς τὴν αἴλην ; est autem αἴλη Græcis proprie locus apertus in atrio domus ; quare interpret noster fere αἴλη vertit atrium. Ergo in atrium domus principis sacerdotum conveniunt sacerdotalium familiarum capita et magistratus populi, ibique, exclusis iis qui suffragii et sententiæ dicendæ jus non habebant, consilium habitum est. — *Qui dicebatur Caïphas.* Homo erat avarissimus et perditus, qui qua ratione ad summum pervenerit sacerdotium, lib. 18, Antiquit., c. 3 et 6, Josephus tradit.

4. *Consilium fecerunt.* Συνέβουλεύσαντο, unanimes consensu consilium ceperunt, decreverunt. — *Ut Jesus dolo tenerent.* Clam et fraudulenter, non aperta vi, quia timebant populum, ut Lucas expressit, c. 22, n. 2, et indicant etiam quæ sequuntur.

6. Cum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,

7. Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, et effudit super caput ipsius recumbentis.

[a Joan. 11. 2. et 12. 3. Marc. 14. 4.]

8. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes : Ut quid perditio hæc ?

9. Potuit enim istud venumdari multo, et dari pauperibus.

10. Sciens autem Jesus, ait illis : quid molesti estis huic mulieri ? opus enim bonum operata est in me.

11. Nam semper pauperes habetis vobiscum : me autem non semper habetis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

6. Or, comme Jésus était en Béthanie, en la maison de Simon le lépreux,

7. Une femme vint à lui avec un vase d'albâtre plein d'une huile de parfum de grand prix, qu'elle lui répandit sur la tête, lorsqu'il était à table.

8. Ce que voyant, ses disciples en furent choqués, et dirent : Pourquoi cette perte ?

9. Car on aurait pu vendre ce parfum bien cher, et en donner l'argent aux pauvres.

10. Mais Jésus sachant ce qu'ils disaient, leur dit : Pourquoi faites-vous de la peine à cette femme ? Ce qu'elle vient de faire pour moi est une bonne œuvre :

11. Car vous avez toujours des pauvres avec vous ; mais pour moi vous ne m'aurez pas toujours.

12. Et lorsqu'elle a répandu ce parfum sur mon corps, elle l'a fait pour m'ensevelir.

6. *Cum autem Jesus esset in Bethania.* Ce fait s'était passé le vendredi de la semaine précédente ; c'était le 1^{er} jour du mois de nisan, le 8 avril.

12. *Ad sepeliendum me.* Pour m'ensevelir par avance, et pour me rendre pendant ma vie un honneur qu'elle ne pourra me rendre après ma mort (P. de Carrières).

5. *Dicebant autem : Non in die festo.* Animus illis erat usque in diem post festum Christi eadem differre ; sed postea nacti Judæ magistrum prodentis occasionem, consilium mutarunt. *Ne forte tumultus fieret in populo.* Videbatur enim verisimile in tanta multitudine futuros plures qui Christo faverent, et illum ex sacerdotum manibus eripere conarentur.

6. *In Bethania.* Vide dicta supra, c. 21, n. 17. — *In domo Simonis leprosi.* Idem hic est Simon cujus est mentio Luc., 7, 40. Dicitur autem leprosus, quod olim eo morbo laborasset. * Vel certe fuit cognomen familie ; sic apud Romanos Cocles et Claudius non solum vitium corporis significabat, sed nomen etiam erat gentis.

7. *Mulier.* Maria Magdalena. — *Alabastrum.* * Vel significatur vas illud ex alabastrite lapide fuisse, ex quo pyxides unguentariæ fieri solebant, teste Plin., lib. 36, c. 8 ; vel alabastrum dicitur, græce ἀλαστρον, vas quod non habet λαβην, id est, ansam, qualia multa sunt myropolarum. Fregit, quia ex materia fragili propterea fiebant, ut facile, cum opus esset, effundi posset unguentum. — *Unguenti pretiosi.* Odorati liquoris. S. Marcus., c. 14, n. 3, ait fuisse unguentum *nardi spicati* : Joannes, c. 12, n. 3, *nardi pistici* : quod ad nardum attinet, ex ipsis etiam sacris Litteris constat esse miræ fragrantia fruticem, unde illud Cant., 1, 11 : *Dum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Vide Plin., lib. 12, c. 12 ; Dioscor., lib. 1, cap. 6. Pisticum vero dici propterea putant, quod fidelis esset, non adulterata ; sed si hic esset sensus, πιστιν potius dicenda fuisset quam πιστικη. Itaque illis assentior qui πιστικὸν ἄπο τοῦ πισν dictum putant, quod est, *potare*, quod nimirum unguentum illud liquidum esset, et quodammodo potabile, ut ab iis distingueretur unguentis quæ non erant fluida, sed crassa et solida. Docet enim Stuchius, lib. 3, de re convivali, c. 15, in fine, ex Luciano, Plutarcho, Plinio et Athenæo, veteres etiam unguenta bibere, aut potui miscere consuevisse, ut minus mirum sit unguenta aliqua πιστικα fuisse dicta. * Suspiciari etiam licet dici πιστικην, per transpositionem litterarum, et fuisse primum in sacro textu πιστικην, ut nunc habet S. Marcus, c. 14, n. 3. Dicitur spicati, quia ex nardo oleo delibuta fiebat unguentum pretiosissimum, et ut ait Plinius loco citato, *principale in unguentis, in quo potissimum spica laudabatur, deinde folia.* * Spicatum ergo ad distinctionem foliati, ex foliis. — *Effudit super caput.* Et etiam super pedes, ut habemus ex Joan., 12, 3. Consuetudo enim fuit inter Judæos et orientales nationes ut in conviviis celebrioribus qui invitati erant ungerentur : qua de re vide Stuchium loco citato.

8. *Videntes autem discipuli, indignati sunt.* Ex Joanne, c. 12, n. 4, præcipue Judam murmurasse habemus ; fortasse etiam alii unguenti profusionem ægre tulerunt. Vel certe per syllepsin dicitur, *discipuli pro discipulus*, ut putat Maldonatus et alii.

9. *Potuit enim istud.* Τοῦτο το μωρον, hoc unguentum. — *Dari pauperibus.* Quo animo hoc dixerit Judas, explicat Joannes, c. 12, n. 6 : *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.*

10. *Sciens autem Jesus.* Judæ verba et cogitationes. — *Opus enim bonum.* Pietatis scilicet et devotionis in Christum.

11. *Habetis.* Pro *habebitis.* Docet autem Dominus Mariam melius fecisse effundendo super se unguentum, quam si venderet, et pauperibus daret, tum propter dignitatem personæ Domini, tum quia humanitatis officia, quæ alicui certæ personæ exhiberi postulat tempus certum, non sunt prætermittenda propter communis debita quæ indeterminate debemus proximis. Vide Cajet. Jentac., 1, quæst., 1.

12. *Ad sepeliendum me fecit.* Solitos enim fuisse Judæos mortuorum corpora aromatibus sepelire, constat ex Scriptura. Vide Genes., c. 50, n. 2 et 25. Significat Christus mortem suam adeo esse vicinam, ut mulier illa quasi divinans paulo post sepeliendum, in sepulchram unxerit ; non quod ipsa ea de re cogitaverit, sed quod tam opportune unxerit, ut ea de causa unxisse videri posset. Significat etiam fortasse Christus eam propterea se nunc unxisse,